

His quib⁹
Cervis

Vespere

nimio. Sed sibi proceres medent^r grano assyri mali: cuius est suauitas p^rcipua in esculenta addito. Elephato^r anima serpentes extrahit. Cernox^r ite^m urit. Diximus hominum genera qui uenena serpentium suctu e corporibus exigeret. Quin & suis serpentes in pabulo sunt: & aliis uenenum est. Quae insecta appellamus omnia olei aspersu necantur. Vultures unguento quidem fugantur. Alia alios appetunt odores. Scarabei rosam. Quosdam serpentes scorpio occidit. Scythae sagittarum unguentum aciem uiperina sanie & humano sanguine. Irremediabile id scelus, mortem ilico affert leui tactu. Quae animalium ueneno pascerent diximus. Quaedam innocua alioquin uenenatis postea noxia fiunt & ipsa. Apris in pamphilia & cilicia motosis salamandra ab iis deuorata qui edere moriuntur. Nec enim est intellectus ullus in sapore uel odore. Et aqua uinumq^{ue} interimit. Salamandra ibi immortalis: uel si oino biberit undae petet. Item rana quam uocant rubetam: in insidiarum est uita. Vespere serpentes uidere nescunt. Quo alimento mortiferos ictus faciunt. Ideoq^{ue} magna differentia est uictus: ut in tractu pisce uiuentium. Theophrastus perdidit boues quoq^{ue} pisce. nesci: sed non nisi uiuente. Homini cibus utilissimus simplex. A ceruatio saporum pestifera: & condimenta perniciosiora. Difficiliter autem perficiuntur omnia in cibis acris: nimia: & auide hausta: & aestate quam hyeme difficilius: & in senecta quam in iuuenta. Vomitiones homini ad haec in remedium excogitatae frigidiora corpora faciunt. Inimica oculis maxime autem dentibus. Somno concoquere corpulentiam quam firmitati utilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. per uigilio quidem praecipue uincuntur cibi.

De corpulentia augenda uel minuenda: & quae gustu fame ac sitim sedet Cap. liiii.

Augescunt corpora dulcibus atq^{ue} pinguib^{us} & potu. Minuuntur siccis & aridis: frigidisq^{ue} ac sitim. Quaedam animalia & pecudes quoq^{ue} in africa quarto die bibunt. Homini non ante diem septimum laetitia inedia. Durasse & ultra undecimum plerisque. Certum est mori esuriendi semper inexplabilis inuidia animalium uni homini. Quaedam rursus exiguo gustu fame ac sitim sedat: conseruatq^{ue} uires: ut butyrum: ut hippocistis glycyrrizon. perniciosissimum autem & in omni uita quidem quod nimium: praecipue tamen corpori: minuiq^{ue} quo graue quolibet modo utilius. Verum ad reliqua naturae transeamus

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER. XII.
PROOEMIUM.

Naturalium omnium quae nosci potuerunt naturae generatim membratimq^{ue} ita se habent. Restat neque ipsa carere quandoquidem nihil sine ea uiuit terra edita: ut inde eruta dicatur: ac nullum sileatur rerum naturae opus. Diu fuere occulta eius beneficia. Summumq^{ue} munus homini datum arbores siluaeque intelligebant. Hic primum alimentum. Harum fronde mollior specus: libro uestis. Etiamnum gessit sic degunt. Quo magis ac magis admirari subit ab iis principis caeli motus in maiora. Vestes a seribus peti. Unionem in rubri maris profundo Smaragdum in ima tellure quaeri. Ad hoc excogitata sunt aurium uulnera. Nimirum quoniam parum est collo crinibusq^{ue} gestari: nisi infoderentur etiam corpori. Quobrem sequi par est ordinem uitae & arbores ante alia dicere: ac moribus primordia ingerere.

De arborum honore: & quando platanus primum in italia: & de natura earum Cap. i.
Ae fuere numinum templa: priscoq^{ue} ritu simplicia rura etiam nunc deo praecellente arbore dicantur. Nec magis auro fulgentia atq^{ue} ebore simulacra qui lucos. Et in iis silicia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo seruatur. Ut ioui esculus. Appollini laurus. Minerva olea. Veneri myrtus. Herculi populus. Quin & Siluanos Faunosq^{ue} & deorum genera siluis ac suorum numina tanquam a caelo attributa credimus. arbores postea gradioribus fruge succis hominem mitigauere. Ex iis recreans membra olei liquor: uiresq^{ue} potus uini: tot deniq^{ue} saporis anni sponte uenientes: & mensae depugnetur licet earum causa cum feris: & pastis naufragorum corporibus pisces expetantur: etiamnum tamen secunda. Mille praeterea sunt usus earum sine quibus uita degere non possit. arbore sulcamus maria: terraeq^{ue} admouemus. arbore exaedificamus tecta. Ex arbore & simulacra numinum fuere: nondum praecio excogitato beluae cadaveri: atq^{ue} ut a diis nato iure luxuriae eodem ebore numinum ore spectarent: & mensarum pedes. produnt alpiibus coercitas & tam inexuperabili munimento gallias hanc primum habuisse causam superfundenti sese italiae: quae eliquo ex heluetiis ciuis eorum fabrilis ob artem romae comoratus sicum sicca & uua: oleiq^{ue} ac uini praemissa remeas secum tulisset. Quapropter haec uel bello quaesisse uenia sit. Sed quis non uide miretur arborem umbrae gratia tanto petitam orbe. platanus ea est. Haec per maria ionium in diomedis insulam eiusdem tumuli gratia primum in uecta. Inde in siciliam transgressa: atq^{ue} iter primas donata italiae. etiam ad morinos usq^{ue} peruecta. ad tributarium etiam pertinens solum: ut gessit uestigal & pro umbra pedant. Dionysius prior siciliae tyrannus Regium urbem transtulit eas: domus suae miraculum: ubi postea factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adulescere: & alias fuisse in italia ac nominati hispania apud auctores inuenitur. Hoc actum circa captae urbis aetate: tantumq^{ue} postea honoris increuit: tu mero insulo enutritum. Copertum id maxime praedesse radicibus. Docuimusq^{ue} etiam arbores ui-

promissa